Fragmentarium

am ante te. Tu deus ppitius & miseri
cors & longanimis & multe miseratio
nis. ne derelinquas me & ne auertas
faciem tuā a me. quia deus miseratiō
num & clemens tu es. GR Ab occultis me
is munda me domine & ab alie
nis parce seruo tuo.
V Si mei non fuerint domina ti
tunc immaculatus e ro & emunda
bor a delicto maximo
Ae via V Eripe
me de inimicis me is de us me us & ab insur
gen tibus in me li
be ra me. Secundum Lucam
In illo t. Dixit dns ihc ad quosdā qui in
se confidebant tamquā iusti & asper

nabant ceteros parabolam istam. Duo
homines ascenderunt in templū ut
orarent. unus phariseus & alter publi
canus. Phariseus stans. hec apud se ora
bat. Ds. grās ago tibi. quia non sum si
cut ceteri hominū. raptores. iniusti.
adulteri. uelut etiam hic publicanus.
Ieiuno bis in sabbato. decimas do om
nium que possideo. Et publicanus a lon
ge stans. nolebat nec oculos ad celū
leuare. sed percutiebat pectus suū di
cens. Ds. ppitius esto m̄ peccatori.
Dico uobis. descendit hic iustificatus
in domū suā ab illo. quia omnis qui
se exaltat humiliabitur. & qui se hu
miliat exaltabitur. OF Miserere michi

License: cc-by-nc – München, Bayerische Staatsbibliothek, , Inc_2409_2A – Missal with Neumes (no staves) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2076/1032/14850)